Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8152
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Emitte lucem tuam et veritatem tuam;
ipsi me deduxerunt et adduxerunt
ad montem sanctum tuum et in tabernacula
tua. Et introibo ad altare dei ad
deum qui letificat iuuentutem meam.
Confitebor tibi in cithara deus
deus meus quare tristis es anima mea et quare
conturbas me. Spera in deo quoniam
adhuc confitebor illi salutare vultus
mei et deus meus. Gloria patri

Recessus Altaris

Benedicite omnia opera domini
domino; laudate et superexaltate eum in secula. Bene
dicite angeli dominum domino; benedicite celi
domino. Benedicite aque omnes que super
celos sunt domino; benedicite omnis vir